75 feritate semper intereunt. apud eosdem nasci Ctesias scribit quam mantichoran appellat triplici dentium ordine pectinatim coeuntium, facie et auriculis hominis, oculis glaucis, colore sanguineo, corpore leonis, cauda scorpionis modo spicula infigentem, vocis ut si misceatur fistulae et tubae concentus, velocitatis magnae, humani corporis vel
76 praecipue adpetentem. (31) in India et boves solidis ungulis, unicornes, et feram nomine axin hinulei pelle, pluribus candidioribusque maculis, sacrorum Liberi patris; — (Orsaei Indi simias candentes toto corpore venantur) — asperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente. hanc feram vivam negant capi.
77 (32) Apud Hesperios Aethiopas fons est Nigris, ut
5,52 plerique existimavere, Nili caput, ut argumenta quae diximus persuadent. iuxta hunc fera appellatur catoblepas, modica alioqui ceterisque membris iners, caput tantum praegrave aegre ferens. id deiectum semper in terram, alias internicio humani generis, omnibus qui oculos eius videre confestim exspirantibus.
78 (33) Eadem et basilisci serpentis est vis. Cyrenaica hunc generat provincia, duodecim non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula ut quodam diademate insignem. sibilo omnes fugat serpentes, nec flexu multiplici ut reliquae corpus inpellit, sed celsus et erectus in medio incedens. necat frutices, non contactos modo verum et adflatos, exurit herbas, rumpit saxa. talis vis malo. est creditum quondam ex equo occisum hasta et per eam subeunte vi non equitem modo sed equum quo-
79 que absumptum. atque huic tali monstro — saepe enim enectum concupivere reges videre — mustellarum virus

6 magnae $\mathbf{F}^2\mathbf{a}^2\mathbf{d}$. -ni *r*. 7 Insidia **R**. in psidia **dT**. 8 axin $\mathbf{F}^2\mathbf{a}^2$. asin *r*. | hinnulei *v*. ///inullei $\mathbf{F}^1$. inuli $\mathbf{a}^2$. -lei *r*. 10 *uncos posui ego*. 16 ut **d**. *om. r*. 22 et **Fd** *Rob*. et de *r*. | basilisci $\mathbf{F}^2\mathbf{R}^1$ *Rob*. -licis $\mathbf{F}^1$. -liscis *r*. | serpentibus $\mathbf{R}^2\mathbf{d}$. 26 reliquae $\mathbf{a}^2$ *Rob*. -qua *r*. 28 talis $\mathbf{F}^2$. alis **d**. aliis *r*. 29 malo. est *dist*. **R** *Rob*. 31 atque $\mathbf{a}^2$ *Rob*. *om. r*.

...ilio est. adeo naturae nihil placuit esse sine pare. iniciunt has cavernis facile cognitis soli tabe. necant illae simul odore moriunturque, et naturae pugna conficitur.

22. (34) Sed in Italia quoque creditur luporum visus 80
esse noxius, vocemque homini quem priores contemplentur adimere ad praesens. inertes hos parvosque Africa et Aegyptus gignunt, asperos trucesque frigidior plaga. homines in lupos verti rursusque restitui sibi falsum esse confidenter existimare debemus aut credere omnia quae fabulosa tot saeculis comperimus. unde tamen ista vulgo infixa s*i*t fama in tantum ut in maledictis versipelles habeat indicabitur. Euanthes inter auctores Graeciae non 81
spretus tradit Arcadas scribere ex gente Anthi cuiusdam sorte familiae lectum ad stagnum quoddam regionis eius duci vestituque in quercu suspenso tranare atque abire in deserta transfigurarique in lupum et cum ceteris eiusdem generis congregari per annos VIIII. quo in tempore si homine se abstinuerit, reverti ad idem stagnum et, cum tranaverit, effigiem recipere ad pristinum habitum addito novem annorum senio. id quoque *e* fabu*l*is, eandem recipe-re vestem. mirum est quo procedat Graeca credulitas! 82
nullum tam inpudens mendacium est ut teste careat. item Scopas qui Olympionicas scripsit narrat Demaenetum Parrhasium in sacrificio quod Arcades Iovi Lycaeo humana etiamtum hostia faciebant, immolati pueri exta degustasse et in lupum se convertisse, eundem X anno restitutum athleticae *esse et* in pugilatu victorem Olympia reversum. quin et caudae huius animalis creditur vulgo inesse ama- 83
torium virus exiguo in villo eumque, cum capiatur, abici

1. 2 iniciunt **d**. interfic- *r*. inferciunt *Solin. 27, 53*. 11 sit *v*. sunt *ll*. | ut in $\mathbf{F}^2$. ut *r*. 13 *an* scribit ... tradere? 19 reperire $\mathbf{a}^1$. 20 e fabulis *ego*. fabius *ll. v*. fabulosius *Pellicerius*. traditum *Url. ann. philol. 1858 p. 338 n*. fabula eius (*scriptum* fab. eius) *Mart. Hertz. de hist. Rom. reliqu. quaest. p. 14*. 20. 21 recuperare $\mathbf{R}^2$. recipere $\mathbf{DF}^2\mathbf{d}$. 22 cariat $\mathbf{F}^1\mathbf{a}^1$. ...ia **D**. | item $\mathbf{F}^2$. ///a **R**. itaque **d***v*. ita *r*. 23 Scopas *coni. Ianus*. copas *ll*. 27 esse et *ego*. restituisset *ll*. (*natum ex dittogr*. restitutū esset). restitisse *edd. vett*. certasse *codd. Gel*. | victorem *ego*. uictoremque uictoria *ll. edd. vett*.

nec idem pollere nisi viventi dereptum. dies quibus co[...] toto anno non amplius duodecim. eundem in fame v[...] terra inter auguria; ad dexteram commeantium praec[...] itinere si pleno id ore fecerit, nullum ominum praest[...]
84 tius. sunt in eo genere qui cervari vocantur, qualem
70 Gallia in Pompei Magni harena spectatum diximus. hu[...] quamvis in fame mandenti, si respexerit, oblivionem c[...] subrepere aiunt digressumque quaerere aliud.

85 **23.** (35) Quod ad serpentes attinet, vulgatum es[...] colorem eius plerasque terrae habere in qua occultent[...] innumera esse genera. cerastis corpore eminere cornicul[...] saepe quadrigemina, quorum motu reliquo corpore occul[...] tato sollicitent ad se aves. geminum caput amphisbaena[...] hoc est et a cauda, tamquam parum esset uno ore fund[...] venenum. aliis squamas esse, aliis picturas, omnibus ex[...] tiale virus. iaculum ex arborum ramis vibrari, nec pe[...] dibus tantum pavendas serpentes sed et missili volar[...] tormento. colla aspidum intumescere . . . . nullo ictus re[...] medio praeterquam si confestim partes contactae ampu[...]
86 tentur. unus huic tam pestifero animali sensus vel potius [...] adfectus est. coniugia ferme vagantur, nec nisi cum pari vita est. itaque alterutra interempta incredibilis ultionis alteri cura. persequitur interfectorem, unumque eum in quantolibet populi agmine notitia quadam infestat, per rumpit omnes difficultates, permeat spatia nec nisi amnibus [...] arcetur aut praeceleri fuga.

87 Non est fateri rerum natura largius mala an remedia genuerit. iam primum hebetes oculos huic malo dedit, eosque non in fronte, advers*a ut* cerneret, sed in tem-

---

1 dereptum **R**. dir- *r*. 3 *dist. ego.* 4 ominum **d**. hominum **RT**. omnium *r*. 5. 6 quale Gallia **R**. quales in Gallia **d**. 11 cerastes $\mathbf{R}^{2}$**d** *Rob.* -sti $\mathbf{R}^{1}$. 12. 13 occultato **R** *Rob.* -ulto *r*. 15 alis $\mathbf{R}^{1}$. | squamas $\mathbf{F}^{2}$. squamam $\mathbf{a}^{2}$. squam $\mathbf{R}^{2}$. quamam $\mathbf{a}^{1}$. in quam $\mathbf{d}^{2}$. quam *r*. 17 pavenda $\mathbf{R}^{1}$. -di $\mathbf{R}^{2}$**d**. 18 *lacunam indicavi ego. interiit fortasse haec sententia: 'dente ictorum vulnera putrescere'; cfr. Arist. h. a. VIII 29 p. 607 A, 22.* | ictu/// **R**. 23 persequitur $\mathbf{F}^{2}$ *in ras. v.* ferrequitur **D**. sequitur *r*. 29 adversa ut *Ianus.* -so *ll.* | cernere **d**.

[...]ribus, — itaque excitatur sed*e* saepius *auditu* quam [...], — **24.** deinde internecivum bellum cum ichneumone. 88
(36) notum est animal hac gloria maxime in eadem na[...] Aegypto. mergit se limo saepius siccatque sole. mox [...] pluribus eodem modo se coriis loricavit, in dimica[...]nem pergit. in ea caudam attollens ictus inritos aversus [...]ipit, donec obliquo capite speculatus invadat in fauces. [...] hoc contentus aliud haud mitius debellat animal.

25. (37) Crocodilum habet Nilus, quadripes malum 89
[...] terra pariter ac flumine infestum. unum hoc animal [...]restre linguae usu caret, unum superiore mobili maxilla [...]primit morsum alias terribilem pectinatim stipante se [...]ntium serie. magnitudine excedit plerumque duodeviginti [...]bita. parit ova quanta anseres, eaque extra eum locum [...]mper incubat praedivinatione quadam ad quem summo [...]ctu eo anno egressurus est Nilus. nec aliud animal ex [...]inore origine in maiorem crescit magnitudinem. et un[...]uibus autem armatus est *et* contra omnes ictus cute in[...]cta. dies in terra agit, noctes in aqua, teporis utrumque [...]atione. hunc saturum cibo piscium et semper esculento 90
[...]re in litore somno datum parva avis, quae trochilos ibi [...]catur, rex avium in Italia, invitat ad hiandum pabuli sui [...]atia, os primum eius adsultim repurgans, mox dentes [...]t intus fauces quoque ad hanc scabendi dulcedinem quam [...]axime hiantes, in qua voluptate somno pressum conspi[...]atus ichneumon per easdem fauces ut telum aliquod in[...]issus erodit alvum.

(38) Similis crocodilo, sed minor etiam ichneumone, 91
[...]t in Nilo natus scincos, contra venena praecipuus anti[...]dotis, item ad inflammandam virorum venerem.

---

1 sede *ego.* sed *ll. Rob.* | sepe///ius $\mathbf{a}^{1}$. | auditu *Rob.* [...]*d. vett. om. ll. cfr. Solin. 27, 35.* 5 coriis $\mathbf{F}^{2}\mathbf{a}^{2}$. cophis *r*.
14 qua transare/// $\mathbf{R}^{1}$. quae trans arenas $\mathbf{R}^{2}$. quae trans[...]rens **dT**. 18 et *inserui ego. om. ll.v. cfr. Arist. h. a. II 10 p. 503 A, 10. Solin. 32, 24.* 22 hiantum **R**. ihatum **d**. [...] adsultim $\mathbf{F}^{2}$. ad saltum $\mathbf{DR}^{2}\mathbf{a}^{2}$ *Rob.* adsultum $\mathbf{R}^{1}\mathbf{a}^{1}$**d**. ad sa[...]tum $\mathbf{F}^{1}$. 24 dulcedinem **d**. -ne *r*. 27 aluum $\mathbf{RF}^{2}\mathbf{a}^{2}$. [...]uo *r*. 30 idem **DFa**. | ad **d**. et *r*.